

affirmabimus, per nos, haud quaquam fletisse, quo minus inter nos
committeremur. Sed nobis animo potest studium afferendi liberum
atque invitam veritatem. Vale in Domino et veni nos per Christum
docturum meliora, si tibi istud fieri posse arbitraris. Nam glori-
amur nos optimam partem nobis elegeris, et alii per predica-
tionem verbi haec communitate fideliter. Argentinae.
23. Maji. Anno 1526.

Epistolam hanc amici resignatam Fabio pertulerunt, nam oc-
culi inter nos, quod ad omnes attineat, nihil retinemus. Hoc illis
animum commovit vehementer: nisi literarum argumentum po-
tius conturbaverit. Idem, Oecolampadio, in templo, inter disputa-
dam palam exprobravit. Is respondit, ut ad omnia solet, perquam
placide, ad se, nimirum nihil attingere, quod viri boni scriberent.
Tum Faber, quid? inquit, possuntne viri boni esse, qui non sunt
boni Grammatici? Sumor late pervayavit, pro pervagatus est, scri-
pserunt. Sic ait, quasi nemo bonus vir, nisi Grammatica rei scien-
tissimus habeatur. Quis profecto nomine, Faber magnifice, te
virum plane improbum ac malum ipse facis, qui te ista senten-
tia Grammatica, non admodum eruditum declaras. Non enim
Grammatica insubria, quando sic Nonio Maro teste, vetustissi-
mi Latini loquuti sunt, sed antiquitatis, velut affectatus videri for-
tassis potest, quod mihi imprudens quidem, tum in calamum ultro
influgerat, properanti ad alia magis factum necessaria. Neque enim
sileo in stilum obsoleta curiosus revocare, quoniam parigen-
re Rhetorica ad Herennium videtur. Item Plautus omnium venustis-
sime, quem Varro nominat delicias Romanae linguae. Cuius unius
verba atque sententiam tibi haud gravor objicere. Te inquit, alio-
quor vitij probris, plenus, qui contra vicinos vagas.

50/

MAGNIFICO VIRO D. JOHANNI FABRO
Canonico Constantiensi, disputanti modo in Baden,
Predicatore Evangelij Argentinae V. Capito. (Hedio.
Matthaeo Zellio, M. Bucerio et ceteri

Gratiam Domini nostri Jesu Christi agnoscere, optamus tibi
Magnifice Faber. Deditur ad te. 23. Maji libertas, redditas
non dubitamus, quibus oravimus te, obtestatur, sumus, ut postquam
illuc depugnatum vobis esset, huc cum suis omnimilitonibus, et nos,
quorum fidem haud ignoras esse, quam in Lutthero et Evangelio
editis libellis pentitentissimam haeresin infamas, erroris convi-
cturus, adglares. Non quod id posse te arbitramur, nam si-
my, cui credidimus, et aliquid Evangelium ne ab Angelo quidem
redam a Fabio, Eccio, Murnero, ac istis farina hominibus, audi-
endam. Sed ut quantum ad nos attinet, causam insultandi, non
dico vobis, qui tibi omni rejectamento vitiores, quam laudat,
esse malimus, verum invito et sanctissimo dei verbo, quod cer-
tissime predicamus, amputaremy. Etenim plerumque gloriose in
Dachstein superiore anno praesente Episcopo Argentoracensi za-
stasti te, si modo nobiscum congregari daretur, et nobis nimen-
no negotio deducaturum. Idem paucos ante menses Augustus
quos, autis

91

quoque ausus fuisti, licet proter gloriae illas, nihil interim abs
te factum, quod talem tibi esse animam, cuiquam fidem faceret,
responderimus, tametsi in Dachelein illustri princeps Georgius
Dux Brunsvicensis, et Generosus Comes Ludovicus ab Hoenloe, Steiner
fissini Domini nostri Augusti alij, qui tibi iure annuncerentur
adfirmarint, nihil se vel in gravissimum atq; exquisitum senatum
nostro, vel nobis desideratum, quo minus commode nobiscum
congruere, et de controversis dogmatibus agere posses liberrime. Ad hoc
nuper per libellos tuos iterum nobis omnibus, qui per Germaniam
am Evangelion regni dei predicamus, tu nos Lutheranam vo-
cas factionem, tanquam devictam jam Turingia, mirifice insultas,
ac vim tuam intollerabili supercilio minaris. Ne igitur, dum
sumos istos, quis enim iam ignoret ingenium ac sapientie fa-
bris, forsiter contemnere, pergruis, infirmitatibus male concili-
ati quidam, suum faciunt, cum parum verbo dei, quod tam con-
stanter predicamus, fidentes, te, aut tuum illud non tam laudatum
tibi, quam notum nobis satellitium formidarem, unde ipsi
liberari suspicio posset nostra non tantum certa esse, atq; coti-
die affirmamus, opera pretium duximus, per literas jam instructo
et iugna ferventi tibi copiam nostri offerre, atq; obnoxie orare,
si credas male sana doctrina redargui nos posse, id facere haud
quaquam percontarieris, impugnata a nobis superstitionis, tibi veti
religio vocatur, tanty propugnator et vindex. Hoc ipsum secundo
jam per hanc epistolam facimus, te per sacrosanctam gloriam,
et quicquid omnino charum habes, obtestantes, si signum existi-
masti tanto studio apud Helvetios agere, ut ista vobis tandem
disputatio Badenensis institueretur, in hoc adversarij non solum
sententia tua ipsi, quam Tiguri Thebaris, non licere nisi in
generali Synodo de negotio religionis disputare, sed etiam decretis
Romae Pontificis, cuius alias tibi auctoritas admodum sacra esse
solet, ut edicta Principum taceam, hic in libera urbe Imperij,
ne velis oblatum nostrum congressum respicere. Qualescunq; enim
nos sumus, non debes sane tanta urbis salutem parvo estimare,
cui cotidie irremisso studio, ut cibum aeternae vitae proponimus,
quod tu presentissimum toxicum calumniaris. Veni ergo et per
scripturam, quia sola universos veritati contradicentes, licet
et isopu r r, hujus si potes fac Senatui et populo nostro fidem, sic
efficies, ut sumant de nobis meritas poenas, ad quas nos scilicet
toties obtulimus, si quicquam mortalium nos impostores, ac verbi
dei depravatores convicisset, et ad tuam Ecclesiam ultro et cu-
pide redeant, te perpetuo suum Apostolum et servatorem pro-
dicaturi. Ne vero auferis, hic tibi parum commodum fore de re-
ligione nobiscum conferre, dogmatibus, nostra convellere, testa-
mur tibi, ut et superioribus literis testati sumus, Senatui ac po-
pulo nostro rem pergratam facturum, si id vel coneris, ut id
susciperit. De quo si dubitas, experire apud Senatum nostrum
literis, et videbis nos tibi vis vani esse pollicitos, non securitatem
modum, quam nemo unquam hic desideravit, sed et alia quidcunq;
iure ad congressum hujusmodi commoda requiras, exhibebunt,
ut sis ipse sensurus et veritatis studiosissimus et humanitatis
observantissimus. Sum itaq; hae urbs nostra multum sit, quam
illud vestrum oppidulum Baden, ad hujusmodi rem lucet

commodior, neq; minor fructus, si veri ab errore liberare
homines suum propositum est, hic quam illic possit sperari.
Deniq; non minus nobis quam Helvetis debeas, adde quod nobis
arma tua tam terrificè es minatus, ut foedum sit, pugnam ad-
fectantibus nobis, loco et tempore opportunissimis tantum impe-
ratorem, exercitum habentem adeo invictum, pugna copiam
negare. Patere exorare nos, quod te tam æquis rationibus orans,
et veri tui nobiscum congressus, nisi enim hoc exoraveri-
mus, scito orbi etiam testaturus, quod et superioribus literis
significavimus, per nos non petisse, ut Fabro fidei nostræ ra-
tionem coram redderemus. Proinde si non omnia, quæ a te
et moliris, factis et solis sunt, atq; sanguinaria impossura
vides, quam te decebit nos, congressus tantoperè desiderati,
non quamprimùm compotes reddere. Vale in Domino et veni,
ne et tuorum partium homines minus et gloriæ tuæ famam
esse querantur. Dignare autem nos tuâ responsione, ut vi-
deamus, quid nobis à te et tuis expectandum.

De prioribus literis diu nihil respicimus, an essent perlatæ
nec ne, et Hassio nostri magnificè de disputatione Baden-
si palam jactabant, quibus cum negotium suum erat super
Missa in universum abroganda, eorum visum est operæ pretium
esse, ut secundis literis per proprium nunciū redditis, iterum
ad nos Faber cum disputatoribus suis invitaretur. Et ad Baden
appellat septimo die Junij, max comitatus ministro De Wolam-
pæ tentat literas perferre, invenit Heroem illum Curien-
sibus vicario soli colloquentem, cum reverenti salutatione literas
officiosissime porrigit; Atqui mang ille, non aliter atq; serpen-
tem vidisset, retrahens, unde, inquit, literæ? Deinde subdit
nonnihil aulicè subsannans, Ego non recipio temere quasvis.
Alpeutenim, quia Latine compellatus erat, quidam esse à qui-
tydam verbi ministris. Hic nuntius fatetur, quod res est, à fratri-
bus, Concionatoribus Argentinesibus se missum, ad quam vocem
Faber indignabundus: Ego dudum, inquit, pernovi, quid mihi scri-
bant isti, et alia quædam secum iracundè missitabat, quæ bonis
juvenis non assequeretur. Postea verba hæc distinctius eiecit:
Ego, inquit, satis didici ex prioribus literis, quod me tantum ri-
sui habent, nam nihil præter convitia mihi scribunt. Rediit
ad hypocaustum obambulat cum suis congerone Vicario illo,
juvenem latorem literarum nostrarum contemptum videt,
quem sub janicam reversi aliquoties ambo superserunt referre literas
fratribus, qui desissent. Verum is persistit obstinatus, negatq; se
abiturum sine responsis, nam in hoc communi sumptu abman-
dato esset. Spatio meditationi dato progreditur tandem indigna-
tionem callidè distimulans, ac ob priores literas et lapsum, ut ipse
videbatur, Grammaticum, in risum solutus: talibus enim ma-
chinis ad veritatem oppugnandam utuntur. Similis hominem
oratione gravi atq; erudita, quam ordine et verbis, quibus eru-
ditus ille juvenis exceperat, hoc est, quibus Faber locutus creditur, ponam.
Age dicitur modo

Age dummodo non vis abire sine responso, hoc pro responso Fratrum
tuis dicitur, me jam non velle scribere, nec literas eorum dem-
ceps legere, quod triplici ex causa.

Primo ideo, quia videam me tantum videri et contemni ab
ipsis, atque nihil propter convitia eos mihi scribere.

Secundo, quod literas mihi apertas mittant, ac si ego essem
fabularis aliquis, nulli dignis sigillo. Et super hoc etiam nomina
nulla subscribunt expressa, ut scirent quibus respondendum esset.

Subscriptio est: Concionatores et Fratres Argentini etc. quis
vult mihi dicere, qui sint isti Concionatores? Nam audio quod
vos etiam iustos Concionari, quia vos dicitis omnes esse sa-
cerdotes, et omnibus luere predicare. Item sunt pene decem
aut duodecim millia Fratrum Argentini, quia vos vultis
omnes esse fratres in Christo, cum quibus omnibus oportet me
disputare, cur non addiderunt etiam prores? Nam procul
dubio totidem apud vos habetis, fortassis etiam illis esset mihi
satisfaciendum.

Varecundia
Fabri.

Tertio, dum me didicisse a Zuinglio, literas ita non lectas remit-
tere, qui nuper mihi similiter fecit. Nam scripseram ei per duos
doctissimos juvenes, quos mecum habeo, Graece et Hebraice
ubi primas quidem literas accepit Zuinglius et legit, deinde
respondit per Pellicanum, qui magno contemptu nobis Germani-
ce scripsit formis Hebraicis. Secundas autem literas nec legere,
nec aperire dignatus est, quare dices jam me perinde facere ejus
exemplo.

Quarto, dic me intra Mensem Spiram futurum, ut illuc ve-
niant, ubi velim eos expectare coram multis Christianis Prin-
cipibus, quos illuc habituri sumus aequissimo iudice. Item me jam
a meo Serenissimo Principe Ferdinando ad Baden missum, ut
disputem, non in quemvis pagam. Hoc a Fabio una cum li-
teris nunciis attulit.

Vide autem, bone lector, quo consilio nos impugnent, simulant
animum disputandi, et nihil minus ferre possunt, Victores esse
citra congressum volunt, quia sciunt quoties et quanta vi veri-
tatis prostrati sunt. Non dissimili ingenio, dum in nos stultum
intendunt, ita rem arte tractant, ut libelli postremo annuum
ad nos, in quos scribuntur, perferantur. Quod Zuinglio nu-
per et mihi his diebus usque venit. Legerant multa regiones Epi-
scopum Fabri ad Zuinglium, antequam is, cui scripta erat, vi-
dideret. Dionysius Entinger sacrotheologus vendidit, ut
fertur, exemplaria quinquaginta, calumniarum in me fabri-
cium, nota est ferre civitas, et in omnibus inimicorum manibus
oberrabant, sed tanta cautione, ut septimo demum die mihi
copia unius fieret. Quod frater quidam ab Institore illo agre
tandem excepit numerato pretio, non dico iusto, neque dimidio plus
iusto, sed quanto sex ejus generis libelli vulgo emuntur. Tametsi
hanc interim gratiam boni viri, qui emit, venditori debet,
quod ab eo audierit, explicatas in me testificationes fabriles
quam doctrina nostra damnata, quoties seditis movenda, quoties

mota, ex literis meis intelligatur, quanta perfidia subvertere
veritatem, turbare res humanas, misere omnia pergere,
et id genus multa. Faber putat magni esse momenti, iudicia vir-
gi antevertere, et revera sic est. Atque fortissima veritas tandem
vincit, ubi mendacia ampallata deservierunt. Quare precor (un-
didum lectorem utrum mentem scribendi notis Sebastianum, et cui-
quos tempore, advenit quem, qua occupatione, quo modo et cur scri-
pservim, expendat ac diiudicet, ubi nostram, Faber an ego
maligne, perfide et adversus jus gentium egerit, an offenderit
Principes ac humanam tranquillitatem, qui amico in cogitatione
qua vulgo dicuntur, scripserit, an ille, qui privata per vulga-
rit, traduxerit, vitaverit, falsa interpretatione, calumni-
is, vel optime dicta detorserit. Nam tale se faber vero gessit
in meis literis. Exemplum literarum per Lucernates Helvetios
ad nos pervenit, salis fidam, quod collato fabuli interpreta-
mento, non nihil respicimus, rejectis in spatium chartae vocu-
lis per descriptorem perperam expressis, aut forte per me
male depictis, nam chartulam non relectam dedi, ne tibi le-
genti nebulas transpositis elementis offunderem, aut ne
quid in posterum obtractores habeant, quod cae de in-
mutato exemplo calumniantur.

51/

HVLBERICHO EVANGELIO SVO IN DOMINO
majori observando Wolfgangus Capito.

Gratia Teum, dilectissime Frater. Anti-Christi modo speciem pre-
bet ultimi conatus, nondum enim pronuncias, an serio motus,
quo pro se fert. Sui non videt similitudinem belli ostentatam dici?
Katharionensi foederi Cesar mandatum dedit tuendi se auctoritate
sua, cum magnifica sollicitatione, propediem se adfore Germa-
nia, peditiam illam doctrinam, seu Evangelium nominant.
radicibus evulsurum.
Quod veritas mendacis peditiva dicatur vetus est, et omnia plena
sunt hac etate calumniatorum, quorum technis ejusmodi
dicta debemus.

Episcopus noster famam sargit, se emere avena, fauces octies
mille in vicinis oppidis, pro ingenii equitatu exquirere, sta-
berras atque hospitia inscripsit, edificat equorum stabula in sin-
gulis arcibus suis.

Tali rumore, tota vicinia, nondum urbs nostra percrebuit
adeo, cogitatione quidam providerunt, anam hinc nactum
Fabrum opprimendi verbi apud Helvetios. Solet enim vanissi-
mis rumisculis ruente superstitionem subfulcire. Et quis resistit
vana multa in famam venire? Et tamen ut anili similia
inter se per occasionem nunguntur, nullam opinor piaculum
est, quod vel in publicum vel apud ignotam interim narrare sub-
pideret. Ridicula consilia, solida pectora non frangent
larvis, tametsi equestri excursione, lenta proelia ducunt, videant
quod quidem